



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christ. Francisci Paullini, Ferrariâ-Thuringi, Rerum Et  
Antiquitatum Germanicarum Syntagma**

**Paullini, Christian Franz**

**Francofvrti ad Moenvm, 1698**

VII. Formula Dispensationis Apostolicæ, Conjugium Sigismundi Comit. Et  
Margaretæ Reussin De Plauen Concernens, 1518.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44860**

FORMULA DISPENSATIONIS APOSTO-  
LICÆ, CONJUGIUM SIGISMUNDI COMIT. ET MAR-  
GARETÆ REUSSIN DE PLAUE CONCERNENS.

1518.

**A**lbertus, DEI & Apostolicæ Sedis gratia Moguntinensis & Magd. Archi-Episcopus, & Halberstatensium Ecclesiæ um Administrator, Germaniæ Primas, & S.R.I. Archi-Cancellarius, & Princeps Ele-  
ctor &c. & frater Alexander Molitoris, Ordinis Minorum de observancia Conventus Moguntinensis humilis Gvadianus, Sacratissimarum Indul-  
gentiarum, gratiarum & facultatum, in favorem & comodum fabricæ  
basilicæ S. Petri de urbe, per Sanctissimum in Christo Patrem & D. N. Do-  
minum Leonem, divinâ providentiâ Papam X. ad Mogunt. & Magdeburg.  
Provincias concessatum, Nuncii & Commissarii auctoritate Apostolica  
specialiter deputati. Reverendo in Christo Patri Episcopo Ascalonense  
salutem in Domino. Oblatæ nobis nuper pro parte dilectorum in  
Christo Sigismundi, Burggravii in Kirchberg, & Margaretha Reussin de  
Plauen mulieris, conjugum, nostræ Mogunt. Diœcesis, petitionis series  
continebat, quod olim ipsi noa ignorantes, se tertio consanguinitatis  
gradu conjunctos, matrimonium inter se per verba, de præsenti de fa-  
cto contraxerunt, carnali copulâ minimè subseqvuta. Cùm autem in  
hujusmodi matrimonio remanere non possint, canonica dispensatione  
desuper non obtentâ, & sicut eadem subjungebat petitio, si divor-  
tium perpetuum fieret inter eos, gravia exinde scandalâ verisimi-  
liter exoriti possent, Nobis humiliter supplicari fecerunt conjuges ante-  
dicti, quatenus ipsis de debitæ absolutionis beneficio ac opportuna dis-  
pensationis gratia benignè providere dignaremur, Nos, qui cunctorum  
Christi fidelium animarum salutem querimus, & scandalis, ne eveniant,  
libenter obviamus, circumspectioni Vestræ auctoritate Apostolicâ, quâ,  
quoad hæc, speciali per literas Sanctissimi D. N. Papæ facultate muniti  
fungimur, committimus & mandamus, quatenus Conjuges antedictos,  
si id humiliter petierunt, ab excommunicationis sententia, quam propter  
præmissa incurserunt, hac vice duntaxat absolvatis in forma Ecclesiæ  
confusa, injunctis inde eis, pro modo culpæ pœnitentia salutari, quod-  
que de cetero talia non committent, nec ea committentibus præstabunt  
auxilium, consilium, vel favorem, & aliis, quæ de jure fuerint injungen-  
da. Demum sà est ita cum Conjugibus prædictis, ipsis ad tempus, de

(Ddd) 2

quo

quo Vobis videbitur, ab invicem separatis, ut, terrii consanguinitati gradus impedimento hujusmodi non obstante, matrimonium de novo contrahere, & in eo, postquam contractum fuerit, licet remanere vi- leant, dummodo dicta Mulier propter hoc ab aliquo rapta non fuerit, dicta auctoritate vice nostrâ in utroque foro dispensetis, fuscipendam ex hujusmodi matrimonio prolem legitimam decernentes. In quorum fidem praesentes literas fieri, sigilliique fabricæ prædictæ, quo in talibus utinam, jussimus appensione muniti. Datum Moguntiae anno In- carnationis Dominicæ MDXVIII. XVI. KL. Augusti, Pon- tificatus S. D. N. Papæ præfati anno VI.



ANONYMI